

1343. 10 kal. Aprilis

Ex Orig. Arch. Reg.

157.

Clemens vi. Jura Cruciferorum
Confirmat.

32

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei,
Dilectis filiis. -- Magistro & fratribus hospi-
talis Beate Marie Theutonicorum, Jeroso-
limitan. Salutem & Apostolicam benedictio-
nem. Solet annuere Sedes Apostolica piis
votis & honestis petentium precibus favo-
rem benivolum impertiri. Ea propter dilec-
ti in Domino filii vestris iustis postulatio-
nibus grato concurrentes assensu omnes
libertates & immunitates a predecessoribus
nostris Romanis Pontificibus sive per
privilegia seu alias indulgentias vobis
& hospitali vestro concessas nec non liber-
tates & exemptiones secularium exactio-
num a Regibus & Principibus & aliis Christi
fidelibus rationabiliter vobis & hospitali
predicto indultas, sicut eas iuste ac pacifice
obtinetis vobis & per vos eidem hospitali
auctoritate Apostolica confirmamus,
& presentis scripti patrocinio communi-
mus. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostre confirmationis
infringere vel ei ausu temerario contraire

Si quis autem hoc attemptare presumpserit
indignationem Omnipotentis Dei, & Bea-
torum Petri & Pauli Apostolorum, eius
se noverit incursum. Dat Avinioni .x.
kal. Aprilis. Pontificatus nostri Anno
Secundo.

Takopia przepisana z Originatu
Pargaminowego dnia 6. Paź-
dziernika 1782. Udolu na Jedwa-
biu Pozrowym i totym wisci
pieczy otwierana, naiednystro-
nie tej pieczy są wycisnione
Osoby S. Piotra i Paula z lite-
rami ugóvy S. P. A. S. P. E. z druguy
zas napis Clemens P. P. VI.